

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

Gen. 18. v. 27. Lutū in manu figuli, Jer. 1. 8. Esa. 64. v. 8. Imo scriptura s̄æpius nō lutum, sed puluerem vocat, qui facilius dispergitur, & euaneat atq; perit, vt melius inculet nobis fragilitatem. Sic hoc loco & Eccle. 12. v. 7. & Psal. 104. v. 29. Esa. 40. v. 15. Omnes insulæ sicut puluisculus.

2. Non promitteremus nobis longæ uitatem (quod plerique, præsertim inuenies, aut robusti homines, &c. facere solent) si cogitaremus de puluere, & fragili adq; euanaida materia: vt sunt flores, &c. Es ist doch vmben Augenblif zu thun. Non sumus ferrei aut chalybei, aut adamantini, &c. Ergo in tempore cum D E O redeamus in gratiam, nihil procrastinantes, Syr. 5. v. 8. & 18. v. 22.

N o t a. Hic posterior locus Psalmi tractatus est supra in Appendix Clas. VI. Vide pag. Prompt. 521.

F I N I S.

THEM A LXVI.

Psal. 116. vers. 7. ad 10.

Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefacit tibi.

Quia eripuit animam meam, &c. Ambulabo coram Deo in terra viuentium.

D I S P O S I T I O.

David Psal. 103. v. 2. sic alloquitur animam suam, Noli obliuisci omnia benefacta tibi. Ne autem vnquā capiat ipsum obliuio benefactorum D E I, in plurimis Psalmis hoc agit, vt subinde cum gratiarum actione & inuocatione, coniungat enumerationem priorū beneficiorum D E I, præsertim si post grauissimas calamitates & tentationes gloriose liberatus fuit à D E O. Talis extat locus Psal. 54. v. 13 & 14. Illi plane similis est hic locus Psalmi: in quo David quatuor beneficia Dei summa recenset, quæ à Deo receperit. Atque ex his occasionem sumit, ergendi animam suum vehementer ali as perturbatum. Nos pri-

primum illa beneficia ordine considerabimus. Deinde quomodo ex iisdem consolationem firmissimam David hauserit, subiiciemus.

I. Pars.

[**N O T A**, quia tria hic enumerata beneficia, ea scilicet, quae iisdem fere verbis Psalmo 56. v. 14. recitantur, in Dispositione Thematis LIV. supra iam sunt explicata, hic breuior sum, & remitto lectorem ad superiora.]

I. Eripuisti animam de morte. Anima pro vita in scripturis saepius ponitur. Anima pro anima, Exod. 21. Leuit. 24. Deuter. 19. Hoc sensu verum est quod ex presentissimi periculis mortis David saeppe singulari diuina prouidentia fuit liberatus, 1. Sam. 18. v. 12. & 19. v. 13. & 12. Et 27. v. 27. Sed & à morte secunda, Apoc. 21. v. 8. hoc est, æterna, David à Deo clementer est præseruatus: partim quod in grauioribus temptationibus non desperare ipsum passus est Dominus, & à laqueis inferni, Psal. 18. vers. 5. & 116. vers. 4. liberavit: partim quod in peccatum grauissimum & in securitatem prolapsus, 2. Sam. 11. non est derelictus, sed tanquam ouis errans quæstus, 1. Sam. 12. v. 13. Psalm. 119. vers. ultimo.

II. Oculus meos liberasti à lachrymis. Intelligent miseroris sui acerbissimi mitigationem. Lachrymas enim multas in illis calamitatibus fudit, ut illæ tandem cibus quotidianus fuerint. Vide Psal. 6. v. 7. & 39. v. 14 & Psalm. 42. v. 4.

Nunc vero postquam nube pulsâ lætior aura affulsi, finem fecit Dominus Lachrymarum: & illas quasi abstesit.

III. Pedes à lapsu præseruasti: ne vel in desperationem aut impatientiam, aut in peccata prolabi possem, carne, mundo & Satana saepius sollicitare.

IV. Fecisti me ambulare in terra viuorum. Hic in si de & illic in VIDE, id est, in re me seruas, ne mors me abripiat, vel corporalis, vel æterna.

Hæc

Hæc omnia supra in Disposition. Them. 54. sunt explicata.

Illa etiam Accommodatio ad omnes Christianos pertinens, hic quoque referatur. Facile erit addere plura.

Hic vero de II. beneficio (quod illic David silentio proterii) aliquid addendum.

D I S C I M V S, lachrymas piorum non esse vel perpetuas, vel frustranas.

Numerat illas Dominus & colligit, Psal. 56. v. 9. Sicut etiam respicit & obseruat, Syr. 35 v. 18. Luc. 7. v. 4. Et absterget etiam, scilicet eum dabit gaudia pro lachrymis. Consolatio hæc est maxima. Beati ergo flentes, Luc. 6. v. 21. Ibant & flevant. At cum exultatione reuertentur, Psalm. 126. v. 5. Et quorum lachrymæ hic non absterguntur, illic tamen absterguntur, Esa. 25. v. 8. Apocalyp. 7. v. 17. & 21. v. 4.

A D M O N I T I O. Nemo itaque reprehendendus qui lachrymatur in suis miseriis. Est quædam flere voluptas, amicta. Hoc tamen habet commodi, quod expletur lachrymis, egefiturque dolor. Ipse filius Deus flet, Luc. 19. v. 41. & Ioan. 11. v. 35. Et Deo chara sunt piorum lachrymæ. Flentes autem consolandi, Syrach 7. v. 38. Luc. 7. v. 13. Noli flere. Non irridendi, nec prohibendi, Syr. 4. v. 3; & 7. v. 12.

II. Pars.

Ad quid utilis ista beneficiorum diuinorum commemoratione? David hinc erigit animum perturbatum, consolatur seipsum, & animam suam sic colloquitur: Anima mea charissima, que haec tenus fuiisti conturbata, iam celsa esse tristis & gaudie potius, quod Dominus benefecit tibi. Tanta enim sunt hæc beneficia, ut merito possis iubilare, & Deo cantare laudes, quod tristitiam in gaudium conuertit. Deus ideo nunquam alleluias leviter vergessit. Beatus populus, qui scit iubilationem, Psal. 89.

Locus I. D I S C I M V S & nos, ideo beneficiorum diuinorum

THEMA LXVI. VET. TEST.

221

uinorum commemorationem apud nos esse debere frequentissimam, ut ex illa animum perturbatum erigamus: & de fucuris etiam liberationibus spem concipiamus in dubiam.

Vide Psal. 42. v. 12. & 43. v. 5. Quare tristis es anima, &c.
Vide spem ex prioribus beneficiis. Psal. 77. v. 12. Psal. 143. v. 5 & Psal. 71. v. 6. & Psal. 85. v. 2.

Nemo autem est ex omnibus, cui non contigerint talia Dei beneficia, ut fateri debeat cum Jacobo, Gen. 2. v. 10. Minor sum cunctis miserationibus. Et hæc ipsa hoc loco & Psalmo commemorata beneficia omnibus Christianis communia sunt, ut ex Dispositione Thematis 54. patet.

II. Discimus etiam, quod licet spiritus promptus, tamen semper caro in illa lucta sit infirmior, ut necesse sit, illam sic erigi & sustentari vario genere consolationum.

Deß soll Christ erschrecken.

Vide Pauli voces, Rom. 7. v. 18. & 23. Et ipse etiam intus terrores, foris pugnas lenisit, 2. Cor. 7. Quid mirum, si nobis idem accidat? Standum autem fide.

III. Qui illic coram Deo volunt ambulare in terra viuorum: hic quoque ambulent coram ipso, in pietate, ut Gen. 17. v. 1. ab Abraham requiritur, Luc. 1. v. 6. Zacharias & Elisabeth coram Deo erant pii, &c. Enoch ambulauit cum Deo, Gen. 5 v. 22.

F I N I S

THEMA LXVII.

Psal. 116. v. 15.

Pretiosa mors sanctorum eius, uis conspectu Domini.

Dispositionem huius Thematis vide supra in 1. parte Promptuarum, Challe VLI. Número VI. pag. Promptuar. 552. Illuc remitto lectorum, & hoc loco tantum verba D. Bernhardi addo, quibus breviter explicat verba Psalimi: dicens, *Pretiosa mors sanctorum.* 1. *Quia & finis laborum,*